Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



gentis alienę. quę non est de filiis
israel. sed transiit usq; gabaa et cum
illuc peruenero manebimus in ea
aut certe in urbe rama transibimus
igitur iebus et ceptam carpebat
iter. occubuit q; eis sol iuxta ga
baa. quę est de tribu beniamin.
diuerterunt q; ad eam ut maneret
ibi. qui dum intrasset sedebant i
platea ciuitatis. et nullus eos vo
luit recipere hospicio. ecce apparuit
ei homo senex reuertens de agro. et
de opere suo uespere. qui et ipse erat de
monte effraim. et peregrinus. hita
bat in gabaa. Homines autem re
gionis illius erant filii iemini.
elcuatis oculis. uidit senex sedē
tem hominem cum sarcinulis suis
in platea ciuitatis. et dixit ad eum
Vnde ueniis et quo uadis. Cum
respondit ei. Profecti sumus de beth
leem iuda. et pergimus ad locum
nostrum qui est in latere montis
ephraim. unde ierauimus in bethle
em et nunc uadimus ad domum
dei et nullus nos suscipiens suum
mihi recipere uultis paleas et fen
um asinorum pabulum ac panem
et uinum in meos ancillę tue
uestis et puero qui mecum est nulla re
indigemus nisi hospicio. Cui res
pondit senex. Pax tecum sit ego
prebeo omnia quę necessaria sunt
tibi quesio ne in platea maneas.
introduxit q; eum in domum suam
et pabulum asinis suis ꝑbuit.
ac postquam lauit pedes suos rece
pit eos in conuiuium. illis epulan
tibus et post laborem itineris ci
to ac potui refitientibus corpora

venerunt uiri ciuitatis illius filii
belial. i. absq; iugo. et circumstantes
domum sem. et foris pulsare cepiunt
clamantes ad dominum domus at
dicentes. Educ uirum qui ingressus
est in domum tuam. ut abutamur
eo. Egressus q; est senex ad eos et
ait. Nolite fratres mei nolite facere hoc
malum quia ingressus est ad me
homo iste hospitium meum. et ec
ce habet filiam
virginem et hic homo ist concubinam
educam eas ad uos ut humilietis
eas et utamini libidinem complcatis tu
obsecro uos ne scelus hoc contra
naturam operemini iniuriam. nole
bant acquiescere sermonibus eius
Quod cerneens homo edurit ad e
os concubinam suam. et eis tradidit
illudendam. quam cum tota nocte
abusi essent dimiserunt eam mane
At mulier recedentibus tenebris
uenit ad hostium domus ubi mane
bat dominus suus. et ibi corruit.
Mane facto surrexit homo. et aperi
uit hostium ut ceptam expleret uia
et ecce concubina eius iacebat ante
hostium sparsis in limine manibus
Cui ille putans eam quiescere lo
quebatur. surge. et ambulemus. q
nihil respondere intellexit quod
erat morituri tulit eam. et imposuit
asino reuersusq; est in domum suam
Quam cum esset ingressus arripuit
gladium. et cadauer uxoris ei ossi
bus suis in xii partes ac strues con
cidens misit in omnes terminos in
israel. Quod cum audissent singuli
conclamabant. nequam res talis
facta est in israel ex eo die quo ascen